Ephraem <Syrus>; Assemani, Giuseppe Simone [Hrsg.]: Sancti Patris Nostri Ephraem Syri Opera Omnia: quae exstant, graece, syriace, latine; in sex tomos distributa; ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: Nunc primum sub Auspiciis Sanctissimi Patris ... Pontifecis Maximi e Bibliotheca Vaticana (Tomus Primus Graece, Et Latine)

1732 Seite 164



rarit, easque avide non evolverit, arborem se is infructuosam reddit: at qui studiose illas excusserit, atque examinaverit, fructum duplicat, instar ligni secus decursus aquarum plantati. Siquis in nocturnis precibus somno se dederit, eumque prætulerit, carnalem se, non spiritalem esse demonstrat: qui autem sibi vim facit ad vigilias cum alacritate; hic cum desiderio Christum quærit. Siquis in verbis inanibus multus sit, abominabilem seipsum coram Deo & hominibus reddit: qui autem silentio se accommodat, Deum glorificat, & a multis diligetur. Siquis ex fratribus abundans indigentiori non suppeditat, hic sanctimoniæ expers est, & bonis ipsius alii ad delicias abutentur: qui vero præbet indigenti, regnum cœlorum possidebit. Siquis tamquam validus & sanus in infirmiorem impotentioremque effertur, is & a Deo maledicetur, & ab ipso audiet: *Omnis qui seipsum exaltat, humiliabitur*: at qui succurrit atque compatitur, a Domino audiet: *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis*. Siquis conturbat fratres, unum apud alterum traducens, hic angelis & hominibus execrabilis erit: qui autem irascentes atque lugentes placat ac mitigat, hic filius Dei vocabitur. Siquis jejunium despicit, & carnalia desideria perficit, a puritate & castitate alienus est: qui vero seipsum jejunio conficit, operator omnis puritatis ac continentiæ pudicitiæque existit. Siquis edacitate epulisque delectatur, hic aperte gastrimargiæ spiritui servit: qui autem temperantiæ seipsum tradit adstringitque, facile passiones cogitationesque improbas refrænabit. Siquis fœminarum congressibus delectatur, & apud eas alacrem hilaremque se reddit, passionibus pravis deservit, & cum conscientia bellum gerit: has vero qui aversatur, seque a consuetudine hujusmodi abstrahit, belli molestia liberatur, pacemque cum conscientia retinet. Siquis carnali sanguinis nobilitate gaudet, fiduciam in ea reponens, hic seipsum secundum Deum non tradidit, sed illudit, & illuditur suis cogitationibus: at qui a carnali se consanguinitate retrahit, in eamque cæco non fertur affectu, hic vere mundo renuncians, divino se servitio emancipat. Siquis ad præceptum superioris obmurmurat, obedientiæ mercedem aperte deperdit: qui vero alacriter mandatum exequitur, hic præclaram animæ pulchritudinem conservat. Siquis admonitus aversatur, & admonentem damnans, in eum stulte insurgit, Christum is repellit,

*Luc. 14.* *Matth. 25.*

A σεὶ οὐ φιλοπονεῖ, καὶ ταύτας πόθῳ οὐκ ἀναγινώσκει, οὗτος δένδρον ἄκαρπον τυγχάνει· ὁ δὲ μετὰ σπουδῆς ἐρευνῶν, διπλασιάζει τὸν καρπὸν, ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων. Εἴ τις ἐν ταῖς νυκτεριναῖς εὐχαῖς, ἐνδύνεται τῷ ὕπνῳ, καὶ τοῦτον προτιμᾷ, ὁ τοιοῦτος φανερός ἐστι σαρκικὸς ὢν, καὶ οὐ πνευματικός· ὁ δὲ βιαζόμενος ἑαυτὸν εἰς τὴν ἀγρυπνίαν μετὰ προθυμίας, οὗτος B μετὰ πόθου ζητεῖ τὸν Χριστόν. Εἴ τις πολυπλασιάζει ἐν λόγοις ματαίοις, βδελυκτὸν ποιεῖ ἑαυτὸν ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων· ὁ δὲ τῇ σιωπῇ ῥυθμίζων ἑαυτὸν, δοξάζει τὸν Θεὸν, καὶ ὑπὸ πολλῶν ἀγαπηθήσεται. Εἴ τις τῶν ἀδελφῶν περισσευόμενος, τῷ ἐνδεεστέρῳ οὐ παρέχει, οὗτος ἁγιασμοῦ ἐκτός ἐστι, καὶ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς αὐτοῦ ἐντρυφήσουσιν ἄλλοι· ὁ δὲ παρέχων τῷ ἐνδεεστέρῳ, βασιλείας οὐρανῶν κληρονόμος ὑπάρχει. Εἴ τις ὡς δυνατὸς, καὶ ὑγιὴς κατ- C επαίρεται τῶν ἀσθενεστέρων καὶ ταπεινῶς ἐχόντων, κεκατήραται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀκούει παρ᾽ αὐτοῦ, πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται· ὁ δὲ ἀντιλαμβανόμενος καὶ συμπάσχων, ἀκούσεται παρὰ τοῦ Κυρίου, ὅτι ἐφ᾽ ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε. Εἴ τις ταράσσει ἀδελφοὺς ἕνα τῷ ἑνὶ ἐνδιαβάλλων, οὗτος μισητὸς ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις ἐστίν· ὁ δὲ πραΰνων ὀργιζομένους καὶ λυπουμένους, οὗτος D υἱὸς Θεοῦ κληθήσεται. Εἴ τις παρορᾷ νηστείαν, καὶ τῆς σαρκὸς ἐκτελεῖ τὰ θελήματα καὶ τὰς ἐπιθυμίας, καθαρότητος καὶ ἁγνείας ἐκτός ἐστιν· ὁ δὲ νηστείᾳ ἑαυτὸν κατατήκων, πάσης καθαρότητος καὶ σωφροσύνης καὶ ἁγνείας ἐργάτης ὑπάρχει. Εἴ τις πολυφαγίᾳ καὶ ἐδέσμασι τέρπεται, οὗτος τῷ πνεύματι τῆς γαστριμαργίας δουλεύεται προφανῶς· ὁ δὲ ἐγκρατείᾳ ἑαυτὸν ἐνδοὺς καὶ συσφίγγων, παθῶν καὶ λογισμῶν εὐ- E χερῶς κρατήσει. Εἴ τις θηλειῶν ἐντυχίαις ἥδεται, καὶ πρὸς αὐτὰς φαιδρύνεται, πάθεσι πονηροῖς δουλεύει πολεμούμενος τῷ συνειδότι· ὁ δὲ ταύτας ἀποστρεφόμενος, καὶ τῆς τοιαύτης συνηθείας ἑαυτὸν μακρύνων, πολέμου ἐκτὸς ὑπάρχει, εἰρηνεύων τῷ συνειδότι. Εἴ τις εὐγενείᾳ σαρκικῇ τέρπεται, καὶ πέποιθεν ἐπ᾽ αὐτῇ, οὗτος κατὰ Θεὸν οὐκ ἐκδέδωκεν ἑαυτὸν, ἀλλὰ παίζει καὶ παίζεται ὑπὸ τῶν λογισμῶν· ὁ δὲ μακρύνων ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς συγγενῶν τῶν κατὰ σάρκα, F καὶ τούτοις ἐμπαθῶς οὐ διάκειται, οὗτος ἐν ἀληθείᾳ ἀποταξάμενος, τῷ Θεῷ δουλεύει. Εἴ τις ἐπιτασσόμενος γογγύζει, τὸν μισθὸν τῆς ὑπακοῆς προφανῶς ζημιοῦται· ὁ δὲ μετὰ προθυμίας τὸ ἐπιταχθὲν ἐκτελῶν, οὗτος τὸ λαμπρὸν κάλλος τῆς ψυχῆς διασώζει. Εἴ τις νουθετούμενος ἀποστρέφεται, καὶ καταγινώσκων τοῦ νουθετοῦντος, ἀφρόνως κατεξανίσταται, οὗτος

τὸν

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0412
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg